

Anima τὸ μακαρίτης, cum fratre beatissimo, jam vivit ἐν οὐλογίᾳ.
Corpus autem exanime hodierno die, horā I . usitatis funerum
ceremoniis ad sepulturam efferetur : Quo tempore, ut illi, qui
Academicam agnoscunt jurisdictionem, frequentes conveniant in
area vicina Templi Nicolaitani, & funeris hujus exequias decenti
comitatu prosequantur, officii ratione hortamur universos & sin-
gulos. Erit hoc studium & officium nostrum, & dignum ordi-
ne Academicō, & absque omni dubio mœstissimis Parentibus &
toti familiæ honoratissimæ gratissimum. P. P. die XII. M. De-
cembris, Anno CHRISTI M. DC. XXIV.

THRENODIÆ FRATRUM.

*H*ei mæsti tristesq; dies uirg. Parenti
Qui subito natos eripuere duos!
Ehei triste mihi mæstumq; & flebile tempus,
Quo binos fratres mors inopina tulit!
Germanos animo pariterq; & corpore fratres,
Sanguine non solum, sed quoq; mente meos.
Tu mihi præcipue, teneris qui mortuus annis,
Frater de Christi nomine dicte, doles:
Qui mihi delicium suave, & recreatio mira.
Semper eras, nati frater amate loco.
Sed quid tristitiam, quid tristia verba, querelas,
Et quid mærorum volvere mente juvat?
Non reduces fient, qui cœlica gaudia curant,
Nolunt terrena conditione frui.

Ergo